alias quidem, quia antè cognitæ sunt, nihil indigere epilogo: vt, Viro autem valere optimum est, sicut nobis videtur. apparet enim multis sic. Alias verò simul cùm dicuntur, manifestas esse iis, qui intuiti fuerint. vt Nemo amator, qui non semper amet. Ex iis verò, quæ sunt cum epilogo, aliæ enthymematis pars sunt. vt, Nequaquam oportet quicunque prudens natura factus est vir. Aliæ enthymematicæ quidem, sed non enthymematis pars, quæ etiam maximè probantur. Sunt autem hæ, in quibus apparet eius, quod dicitur, caussa, vt in hoc, immortalem iram ne serues, cùm mortalis sis. Dicere enim, Non oportet semper seruare iram, sententia est, quod verò additur, Cùm sis mortalis, quamobrem dicit. Simile verò etiam illud, Mortalia oportet mortalem, non immortalia mortalem sapere. Apparet igitur ex iis, quæ dicta sunt, tum quot species sint sententiæ, tum in cuiusmodi re vnaquæque conueniat. Nam de controuersis, aut de iis, quæ sunt præter opinionem, non sine epilogo: sed aut præponendo epilogum sententia vti oportet loco conclusionis: vt, si quis diceret, Ego quidem, quoniam neque inuidiæ subiici oportet, neque ignauum esse, neque eruditioni operam dandam. Aut hoc prius dicendo, subiicere, quæ priora sunt. De iis autem, quæ præter opinionem non sunt, sed obscura, adiiciendo, quamobrem, concinnè. Conueniunt verò in eiusmodi rebus etiam Laconica apophthegmata & ænigmata, vt si quis diceret quod Stesichorus apud Locrenses dixit, Non oportere contumeliosos esse, ne cicadæ humi canant. Ac conuenit sententiam dicere ætate quidem senioribus, sed de iis, quorum peritus est aliquis: quia qui talis non sit, eum dicere sententiam indecorum est, vt etiam fabulam dicere. De iis verò, quorum est imperitus, stultum, atque ineruditum est. Ac signum idoneum est, quòd rustici maximè sententiarum compositores sunt, & facilè eas proferunt: in vniuersum verò de re, quæ vniuersalis non sit, dicere, conuenit in conquestione, ac indignatione, & in his, aut cùm exordiaris, aut cùm demonstraueris. Ac vti oportet etiam peruulgatis, & cõmunibus sententiis, si sint vtiles. Nam quia sunt communes, quasi confitentibus omnibus rectè se habere videntur,

A δόξαι μὲν ἐστιν, ὅσαι παράδοξόν τι λέγουσιν, ἢ ἀμφισβητούμενον· ὅσαι δ' μηδὲν παράδοξον, ἄνευ ὁπλόγου. τούτων δ' ἀνάγκη, τὰς μὲν, διὰ τὸ προεγνῶσθαι, μηδὲν δεῖσθαι ὁπλόγου· δῆλαι,

Ἀνδρὶ δ' ὑπαίτειν ἄριστόν ὅστιν, ὥς γ' ἡμῖν δοκεῖ.

φαίνεται μὲν γὰρ τοῖς πολλοῖς ἔτοιμαι δ' ἀμφιλεγομένως, δίλας εἶναι ὁπλέφασιν· ὅλαι,

B Οὐδεὶς ἐρασὴς, ὅστις ἐκ ἀεὶ φιλεῖ.

τὰ δ' μεθ' ὁπλόγου, αἱ μὲν, ἐνθυμήματος μέρος εἰσὶν· ὥσπερ,

Χρὴ δ' οὐ πόθ' ὅστις ἀρτίφρων.

αἱ δ' ἐνθυμηματικαὶ μὲν, ἐκ ἐνθυμήματος δ' μέρος· αὗπερ καὶ μάλιστα δόξαν μοῦσιν. εἰσὶ δ' αὗται, ἐν ὅσαις ἐμφαίνεται τὸ λεγόμενον τὸ αἴτιον· δῆλον ἐν τῇδε.

C Ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.

τὸ μὲν γὰρ φάναι, μὴ δεῖν ἀεὶ φυλάττειν τὴν ὀργὴν, γνώμη· τὸ δ' προσκείμενον, θνητὸν ὄντα, τὸ διὰ τί λέγει. ὅμοιον δ' καὶ τὸ,

Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, ἐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν.

φανερὸν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων πόσα τε εἴδη γνώμης, καὶ περὶ ποῖον ἕκαστον ἁρμόττει· πρὸς μὲν γὰρ τὴν ἀμφισβητουμένων, ἢ παραδόξων, μὴ ἄνευ ὁπλόγου, ἀλλ' ἢ προθέντα τὸν ὁπλόγον, γνώμῃ χρῆσθαι τῷ συμπεράσματι· δεῖ, εἴτις εἴποι· ἐγὼ μὲν οὖν, ἐπειδὴ οὔτε φθονεῖσθαι δεῖ, οὔτ' ἀργὸν εἶναι, οὐ φημι χρῆναι παιδεύεσθαι· ἢ τοῦτο προειπόντα, ἐπιτιθέναι τὸ ἔμπροσθεν. πρὸς δ' τὴν μὴ παράδοξον, ἀδήλων δ', προσιθέντα τὸ διότι προσυλλογίζεται. ἁρμόττει δ' ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὰ Λακωνικὰ ἀποφθέγματα, καὶ τὰ αἰνίγματώδη· δεῖ, εἴ τις λέγοι ὅσπερ Στησίχορος ἐν Λοκροῖς εἶπεν, ὅτι οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ᾄσωσιν. ἁρμόττει δ' γνωμολογεῖν, ἡλικίᾳ μὲν πρεσβύτερον πρὸς τὸν δ' τούτων ὢν ἔμπειρός τις ὤν· ὡς τὸ μὲν μὴ τηλικοῦτον ὄντα γνωμολογεῖν, ἀπρεπὲς, ὥσπερ καὶ τὸ μυθολογεῖν· τὸ δ' πρὸς ὢν ἄπειρος, ἠλίθιον, καὶ ἀπαίδευτον. σημεῖον δ' ἱκανόν· οἱ γὰρ ἀγροῖκοι μάλιστα γνωμοτύποι εἰσὶ, καὶ ῥᾴστοι λέγειν γνώμας, αὗπερ ὦσι χρήσιμοι· διὰ γὰρ τὸ εἶναι κοινὰ, ὡς ὁμολογουμένων ἁπάντων, ὀρθῶς ἔχειν δοκοῦσιν, εἶναι πα-

D

E

F

δίως ὅσπερ πάντων. καθόλου δ' μὴ ὄντος καθόλου εἰπεῖν, μάλιστα ἁρμόττει ἐν χρήσει καὶ θρηνώδεσι· καὶ ἐν τούτοις, ἢ ἀρχόμενον, ἢ ὅσπερ δείξαντα. χρῆσθαι δ' δεῖ καὶ πᾶσι πεφυλλωμένοις καὶ κοινοῖς γνώμαις, αὗπερ ὦσι χρήσιμοι· διὰ γὰρ τὸ εἶναι κοινὰ, ὡς ὁμολογουμένων ἁπάντων, ὀρθῶς ἔχειν δοκοῦσιν, εἶναι πα-